UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

23. Applicatio sensuum internorum circa effusionem sanguinis Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-60588

Visual Library

Repræſentavit etiam in ſeipſo paſſiones, quas corpus ejus myſticum ſubire debebat, & ita quodammodo cum ſingulis martyribus, & confeſſoribus patiebatur, quantò decet magis, ut ego ipſius Chriſti tormenta pro me obita intimè ſentiam, & meo ſanguine demerear? Senſit paſſiones electorum.

Tandem conſidera, quàm ex iſto ſudore, & agonia manſerit debilitatus, nullo interim adhibito levamento, vel abſterſione ſudoris.

PUNCTUM III.

TErtiò ſurgit ab oratione, *invenit diſcipulos etiam dormientes præ triſtitia.* Alacer ſurgit, ad confligendum cum morte: hæc fortitudo eſt fructus orationis. Non coarguit diſcipulos, ſed indulget: dormite jam, & requieſcite; vel indicat rem jam peractam, propter quam eos vigilare juſſerat. Monet tamen evigilare ob præſens periculum, quando moniti, ut orarent cum ipſo, non fecerunt. *Sufficit, ſurgite eamus, ecce appropinquat, qui me tradet.* Non ille dormit ſicut vos: pudefiam de oſcitantia mea in Dei ſervitio præ inimicis Chriſti ad eum offendendum.

MEDITATIO XXIII.

Applicatio ſenſuum internorum circa effuſionem ſanguinis Chriſti.

ME-